

*Cela lib.<sup>a</sup> et Col. No<sup>m</sup>.<sup>or</sup> Cuenca*

Ioannis Macri Santi-  
NEI IVRISPERITI, DE  
PROSPERIS GALLORVM

successibus Libellus, quo pariter differi-  
tur de tributorum exactionibus:  
tum de iure, quo Galli sibi  
vendicant prouincias,  
quas repetunt.

*Cum scholiis Io. Blondi Diuionensis, & Io.  
Cepiani Auenionensis.*


Ad Christianissimum, ac potentif-  
simum Galliarum Regem  
Henricum. II.

Cum priuilegio.

PARISIIS

Apud Gulielmum Guillard sub diuæ  
Barbaræ signo, via Iacobæa.

X 5 5 5.



CHRISTIANISSIMO, AC POTENTISSIMO REGI GALLORVM  
 Henrico nominis huius secundo,  
 Ioannes Macer perpetuam  
 optat foelicitatem.



*V*M Philippus Macedonum Rex Corinthum hostili animo appropinquaret, & Corinthij omnes pro periculi magnitudine commoti, alij arma pararent, alij collabentes muros reficerent, alij aliis

rebus parandis incumberent ad propugnandum necessarii, Diogenes traditur, cum illius opera nemo vteretur, dolium quod inhabitabat, cepisse in Cranio urbis eiusdem nobili loco diligenter sursum deorsum volutare. Interrogatus porro qua causa esset illius iniuriati laboris, respondit, ne ceteris operantibus, ipse solus ocio torpere videretur. Sane quidem Solon legibus cauit, ut qui exorta seditione populari, & scissa in duas partes ciuitate, neutri se adiunxisset, hic bonis omnibus publicatis, mitteretur in exilium. Vnde & Cato exorto ciuili bello, Pompeium sequens cum dehortaretur Brutus, respondit, quod Lucanus duobus hisce versibus assequutus est.

Summum Brute nefas ciuilia bella fatemur,  
 Sed quò fata vocant, virtus secura sequetur.  
 Cum igitur (serenissime Princeps) Gallorum meliorem partem, quae publicam spectat commoditatem, cui vigilantissime persequi viderem, aliis ministerio bellico intentis, aliis graphicè res tuas preclare gestas

IOANNIS MACRI  
SANTINEI, DE PROSPE-  
RIS GALLORVM SVCCESI-

*bus libellus, quo pariter differitur  
de honestis, ac necessariis tri-  
butorum exactio-  
nibus.*



M N E M cum honeste vi-  
tæ harmoniam confun-  
dere certum est, tristem-  
que societatis humanæ  
internecionem trahere,  
qui degeneris hominum  
naturæ malo laborās, nul-  
lam aut religionis, aut po-  
litæ curam suscipit, Cy-

*Hæc om-  
nia pende-  
re viden-  
tur ex Pla-  
tonis sen-  
tentia in  
epistola ad  
Archit-  
tam Taren-  
tinum.*

clopibus, aut Lestrygonibus similimus, qui vel  
truculenti vagabantur, vel in antris supini iace-  
bant sine vllò honestatis, aut sapientiæ zelo. Mi-  
hi certè multò magis probantur, qui in hac vi-  
ta civili viam quandam nobis referunt diuinæ  
iusticiæ, sapientiæ, & æquitatis imaginem, re-  
pressis in oppositum nitentibus furiis. Si quem  
enim honestat, decorat, & illustrat naturæ lu-  
men, hoc velut classico excitatur, & inardescit,  
vt vaga profiliat, latèque distendatur, cui natus  
est, respublica. Et si quem nulla capiat rei hu-  
ius cupiditas, ad eumque vt sagittarius, scopum  
sua non dirigit tela, nec super hac ipsa molitur  
laude laborem, is ad stiuam cum sua degeneri  
socordia, ominéque portentoso relegandus est.

EXTRACT DV  
PRIVILEGE.

**I**L est permis à Guillaume Guillard faire imprimer le liure intitulé, De prosperis Gallorum successibus. Et defenses sont faictes à tous quelzconques, d'imprimer, vendre ne distribuer autres que ceulx que ledict Guillard aura faict imprimer, sur peine de confiscation de ce qu'ilz auroient imprimé, vendu ou distribué, & d'amende arbitraire, comme plus à plain est contenu aux lettres du priuilege. Et ce iusques au temps & terme de dix ans, finiz & acompliz.

Signé Beraux.

